



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput III. Beneficium aliud est titolare, aliud manuale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

ratum, quæ non presumuntur, nisi
probentur. *V. Diaz p. 4 tr. 3. ref. 740*

C A P U T III.

*Beneficium aliud est titolare, aliud
manuale.*

Titulare dicitur, quod in titu-
lum perpetuum confertur, ita
ut beneficiato sine gravi & iusta
causa auferri non possit, & hujus-
modi Beneficia ordinariè sunt sæ-
cularia. Manuale est, quod quidem
confertur in titulum, sed revocabi-
liter, ita ut à Præfato absque gravi
causa auferri possit, & talia sunt
ferè omnia regularia, quæ neque
curata, neque electiva sunt: item
Prioratus, quem confert Abbas,
non verò conventualis, qui per
electionem Conventus seu Capi-
tuli confertur in perpetuum: Simi-
liter officium Sacristæ, Thesaurarii,
&c. hæc enim à Præfato ad nutum
revocari possunt. Dicitur autem Quid sit
Beneficium conferri in titulum, Beneficium
quando illud ab ordinario Colla- conferre in
tore legitimè confertur, idque vel titulum.
in perpetuum, vel ad nutum Præ-
fati revocabiliter. Nam hæc colla-
tio,

tio, ut vult Cajetanus vel certè se-
cundùm alios, jus per Collationem
acquisitum, est titulus, hoc est, ra-
dix & causa, vi cuius Beneficiatus
fit Dominus Beneficii, & obtinet
jus percipiendi fructus Ecclesiasti-
cos beneficio annexos. Quòd si be-
neficiatus jure per Collationem
acquisito privetur, dicitur benefi-
cium vacare quoad titulum, non
verò quoad effectum possessionis,
& administrationis. Et hac ratione
Canonici, aut alterius beneficiati
in Episcopum electi, confirmati, &
consecrati Canonici, aut bene-
ficii vacat quoad titulum: quia
perdit jus per collationem acquisi-
tum ad præhabitu[m] beneficium,
v. g. Canonicatum ex dispositione
juris: attamen ante acceptam pos-
sessionem Episcopatus, primum sive
præhabitu[m] non vacat quoad effe-
ctum possessionis, & administra-
tionis. Retinet enim possessionem
dicti beneficii, & ejusdem admini-
strationem. Nam ut Episcopatus
plenè adeptus esse censeatur, re-
quitur electio, confirmatio, con-
secratio, aut certè lapsus sive tran-
situs temporis præfixi ad petendam
consecrationem. V. Barbos. de jur.
Eccles. cap. 14. cap. Cum in cunctis.

Quid bene-
ficiu[m] va-
care quo ad
titulum, &
non quo ad
possessione[m].

§ Cum

S
po
ste
ha
fess
mi
ca
6.
qu
pr
ha
pe
ex
di
si
pr
ri
c
e
p
p
s

§ Cum verò , ac denique pacifica possessio, dummodo per ipsum non stet, quòd possessionem nondum habeat, nam paria sunt, habere possessionem. & per aliquem stare, quò minus habeat. Sicuti colligitur ex cap. Licet Episcop. de Præben. in 6. V. Laym. lib. 4. tr. 2. c. 15. Adde, quòd non vacent priora Beneficia promoti ad Episcopatum, etiam habitâ consecratione & pacificâ possessione, si fructus Episcopatus ex causa alteri debeantur; usque dum fructus sint liberi. Gloss in C. Si tibi concessio. Unde non vacat prius beneficium statim, atque Clericus posterioris possessionem acceperit; si nequeat fructus habere ex secundo beneficio, qui fortè ex privilegio, statuto, auctoritate superioris alteri debeatur.

Si tibi concessio de Præben. in 6. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16.

Circa quæ notandum nomen tituli à tuendo dici, quia id, cui datur, aut describitur, quodammodo tueri videtur: dum tollendo nostram de eo ambiguitatem indicat, & scire facit, quæ, qualis, à quo, aut propter quid unaquæque res sit. Unde sicuti varius & multiplex hujus nominis apud Grammaticos est usus,

Nomen tituli quid significet, maximè inter Theologos & Canonistas.

è fe-
nem
ra-
atus
inet
asti-
be-
nem
nefi-
non
nis,
ione
ciati
ti, &
ene-
quia
uifi-
um,
ione
pos-
sive
ffe-
tra-
nem
ini-
atus
re-
on-
an-
lam
jur.
elis,
imo

24 De Natura & Speciebus

usus, nomina enim significantia dignitates, & imperia Regum, ac Principum, aliorumque Magnatum, vel etiam certum quendam dignitatis gradum in Republica, Universitate, &c. dicuntur tituli, item superscriptiones librorum, imaginum aut statuarum, quibus indicatur eorum author, materia, &c. vocantur tituli: Sic idem nomen à Theologis & Canonistis frequenter accipi solet pro causa, sive radice, ex qua aliquid agitur, vel à qua certum jus oritur. Ita titulus possessionis, idem est, quod causa sive radix, ex qua rem aliquam possides, vel unde oritur jus rem possidendi tanquam suam. Titulus donationis, idem, quod causa, ob quam aliquid donatur, vel unde jus oritur rem aliquam donandi: Titulus ordinationis, idem quod causa sive radix, ex qua ad sacros Ordines quispiam admitti potest. Titulus originis, sive causa, vi cuius censei quis possit hoc aut illo loco natus: Titulus sustentationis, sive causa & radix, propter quam sustentatio alicui debetur, &c.

✱ ✱ ✱

CA-